



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ad annum Christi 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118618

§. 88. Quatuor Cæsaris postulata ad Legatos.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

tur, cumque Oeniponto Quinqueeccle-
 siensis Episcopus reverteretur, in Pa-
 trum conventu audiebatur, simulque
 epistola a Cæsare ad Synodi Legatos
 data, necnon alterius ad Papam scriptæ
 exemplar recitabantur.

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.

§. LXXXVIII.

*Quatuor Cæsaris postulata ad Le-
 gatos.*

In harum literarum altera Cæsar summo
 Pontifici quatuor postulata propone-
 at, quorum primum hujus erat tenoris:
 „Rumor est de dissolutione, aut suspen-
 sione Concilii cogitari; ad quod for-
 tasse impellitur Pontifex a memoratis
 „dissensionibus: sed a Cæsare pro sin-
 „gulari ac filiali reverentia illi significa-
 „tur, quod Idem hanc agendi ra-
 „tionem, scilicet dissolutionem, aut Sy-
 „nodi suspensionem ratam non haberet,
 „quia ex utraque esset timenda in mul-
 „tis desperatio, in aliis despectus, ac
 „denique in quamplurimis ingens of-
 „fensio, cum illi Synodum interruptam
 „ideo crederent, ut morum emenda-
 „tio declinaretur: insuper ex eo ma-
 „gnum discrimen immineret, ne re-
 „curreretur ad privatas Nationum
 „Synodos, quas Religioni summopere
 „noxias ipsemet Pontifex agnosceret,

*Pallav. c. 8.
 num. 2.
 Sarp. p. 661.*

*Pallav. l. 20.
 c. 8. n. 2.*

Sæcul. XV.

A C 1563.

„quamvis ab omnibus ferme Provinciis
 „toties fuerint efflagitatae.

II. In Concilio plena libertas concederetur, qua fas esset Oratoribus, & Episcopis proponere, quidquid ipsi arbitrarentur consentaneum retinendæ Religioni, & obedientiæ Pontifici debitæ: insuper non minus frueretur Synodus ea libertate in dicendis sententiis, quin, quovis sententiam suam libere edicente, ad alios confugere, atque ab iis, quid decidendum sit, expetere necesse sit.

III. „Pontifex sedulo emendationi
 „incumbat, quam tamen, inquiebat
 „Cæsar, non peto, ut derogem five sapientiae, five probitati singulari Pontificis, five ejusdem prærogativæ atque auctoritati, ad quam tuendam paratus sum & Regnum & vitam meam impendere: ab eo solum illud petens, ut nunc cum varia fuissent ad me perlata, quæ animos a Sede Apostolica possent avertere, meum esse officium existimarem, in debito erga Sacram Sedem studio conservare illos, qui facile eo sub prætextu, quod reformatio negligatur, sese a Sedis Apostolicæ obedientia subtrahere vellent.

Quarto & postremo capite Cæsar potius suum obsequium, quam petitionem exhibens agebat: „cum in Historiis legatur, quod plurimum sæpe
 Con-

„Conciliis profuisset summorum Ponti-
 „ficum, Cæsarumque præsentia; hinc
 „prompto sum animo ad cuncta incom-
 „moda toleranda, cunctaque negotia
 „negligenda, ut tam sacrosancti ope-
 „ris executionem urgere possim,
 „ad quod quoque Pontificem adhortari
 „præsumo, „

Sæcul. XVI.
 A.C. 1563.

§. LXXXIX.

*Pontificis responsum ad hæc Cæsaris
 postulata.*

Die decima octava Martii summus
 Pontifex Cæsari respondit, & qui-
 dem circa primum articulum ostendit,
 quod nunquam ad Synodi suspensionem
 animum adjecisset, quin imo magno-
 rum Principum, qui Concilii interrup-
 tioni obstitissent, monitis deferre sem-
 per volupe habuerit. Ad alterum ve-
 ro hunc in modum respondit, „deside-
 „ro, ut Concilium libertate, præsertim
 „in ferendis sententiis fruatur: facultas
 „autem proponendi præprimis ad Præ-
 „sides devoluta est, pro eo, quod fieri
 „consueverat in aliis recte constitutis
 „conventibus; hinc de eo convenit ea-
 „dem Synodus ab initio, & quidem
 „ex concordi sententia, duntaxat uno
 „vel altero excepto Præsule: volo
 „tamen, ut Legati postulationibus Ora-
 „torum, ac præsertim Cæsareorum sa-
 „tisfa-

Pallav. n. 4.